

ces titres importent essentiellement à l'histoire de la Bresse et du Bugey, tout en indiquant la haute origine d'une famille dont la grandeur remonte aux temps les plus obscurs du moyen-âge, et qui brille dans l'Histoire de France par des personnages illustres, Jacques de Coligny, prévôt de Paris, Gaspard I, maréchal de France avec l'amiral, principale victime de la Saint-Barthélemy.

Manasse comite et judita matre mea et uxore mea Gerberga et filiis meis, cedo Domino Deo, principibus apostolorum Petro et Paulo, et ad locum Giniacum qui regitur sub gubernatione Domini Maiolo abbatis, ecclesias Tresfortium Marbosium et Cabrellum sitas in pago Reversi-montis.

Facta est hæc donatio mense Augusto apud castrum quod vocatur Colonia-cum, anno incarnationis dominicæ D. CCCC. LXXIV. Indict. II; Regnante Conrado rege.

Donation par le chevalier Humbert de Coligny aux Chartreux de Portes, en 1116.

Ego Humbertus de Coloniaco *Miles*, dono Deo et fratribus qui nunc sunt in heremo Portarum, pro salute Manassis patris mei, matris meæ et omnium prædecessorum, quidquid juris habeo et habere possum in territorio Portarum, sine ulla retentione. Actum est hoc anno M. C. XVI.

Donation par la comtesse Adélaïde, veuve de Manassès, sire de Coligny, aux religieux de Nantua, en 1090.

In nomine sanctæ et individue trinitatis, ego Adelaïs comitissa, filia quondam bonæ memoriæ comitis et marchionis Amedei, notum facio præsentibus et futuris quod Manasses domnus Coloniaci quondam maritus meus, pro remedio animæ suæ, patris sui Manassis et antecessorum suorum et etiam pro anniversario suo faciendo dedit et concessit fratribus Nantuati C. solidos in censibus terræ suæ Brionis annuatim persolvendos et quidquid in dicto loco habuit, quam eleemosynam laudavi et eisdem fratribus in perpetuum possidere concessi et Humbertus et Manasses filii mei, in præsentia Guidonis archipresbiteri Coloniaci qui sigillum suum cum meo in majorem firmitatem apposuit.

Actum in castro Brionis anno Domini MXC.

Du Bouchet. *Preuves de l'Histoire de la maison de Coligny*, pag. 33 et 34.